

Domino Lothario glorioso ac triumphatori Romanorum^a regi¹ Hugo
 prefectus Urbis et fratres eius, Leo Friapane^b et Cencius frater eius,
 Stephanus de Tebaldo, Albertus Iohannis de Stephano, Stefanus de Berizo,
 Berizo^c frater eius, Henricus filius Henrici de sancto Eustachio,
 Octavianus frater eius et reliqui Romanae^d urbis potentes, sacri quoque 5
 palatii iudices et nostri consules et plebs omnis Romana^{e2} salutem et
 gloriam et de hostibus universis victoriam. Bene olim cana patrum
 nostrorum et togate gentis sanxit auctoritas, paucis esse principem
 moderatisque sermonibus alloquendum, ne vel adulationibus cognitis
 stomachari vel instantia nimia regius^f valeat favor^g retundi. Proinde 10
 licet domini pape litteris et multorum ad te relatione de eius electione
 pervenerit, gratum tamen nobis fuit ad magnitudinem tuam super hac
 re Urbis litteras destinare. Nos siquidem post pape Honorii obitum
 unanimi et spontanea omnium cardinalium voluntate et concordi elec-
 tione clericorum omnium dominum papam Anacletum, virum prudentem 15
 et providum, filium Petri Leonis³, in Romanum^h pontificem Spiritus
 sancti gratia procreatum⁴, humili spontaneaue devotione suscepimus
 et fidelitatem ei debitam de urbis nostre more iuravimus. In cuius
 utique promotione tantam cleri et populi concordiam vidimus, ut vere 20
 in omnium mentes Spiritus sanctus mirabiliter venisse credatur. Sugerimus
 igitur clementie tue et obnixiusⁱ deprecamur, ut ei in omnibus
 regali debeas^j semper affectione favere et auxilii tui et consilii^k manum
 nobili devotione porrigere et eius et Romanae^l ecclesie hostes, sicut et
 ipse tuos, invicta manu refellere. Sane si princeps noster et cleri^m dici^m
 cupis et esse, si Romaniⁿ imperii optas tibi fascies et gloriam vindicare, 25
 necesse est Romanis te legibus coaptari nec civium tuorum et magistratus
 Urbis corda rescindere. Nos quidem te hactenus non sic de corde

a) *Rom. M, Romanor. V* b) *Frangipane L* c) *So M, fehlt V L* d) *Rom. M*
 e) *Rom. M* f) *regio M V* g) *furore M V* h) *Ra. M* i) *obnoxius*
M V (hier am Rand verbessert: obnixius) j) *debeat V* k) *consilii M*
 l) *Rom. M* m–n) *clerici M V* n) *Ra. M*

1) König Lothar III. (1125–1137), 1133 Kaiser.

2) Zu den als Absender genannten Personen und Personengruppen vgl. Kap. III.

3) Petrus Pierleone, damals Kardinalpriester von S. Maria in Trastevere, 1130–1138 als Papst (Gegenpapst) Anaklet II.

4) 14. Februar 1130.